



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 36. Calvini opera hoc anno edita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul XVI.
A.C. 1544.

§. XXXVI.

Calvini opera hoc anno edita.

Theod. Beza
in vita Calv.
hoc ann.

Ex eadem Pontificis epistola Calvinus
de necessitate reformati Ecclesiam tra-
ctatum scriptitandi ansam arripuit, si-
mulque Anabaptistarum ac Libertino-
rum errores ex tota veterum hæresum
colluvie conflatos editis duobus libris
refellere conatus est. Attamen iis,
quæ in postremo hoc tractatu adversus
Libertinos protulit, summam Navarren-
fis Reginæ indignationem incurrebat;
illa enim assidue versabatur cum duo-
bus præcipuis horum errorum fautori-
bis, Quintino & Poqueto, quos a Cal-
vino speciatim nominatos Regina tan-
quam Viros probitate conspicuos vene-
rabatur, atque in illis tantopere confi-
debat, ut criminibus, quæ iisdem ob-
ficiebantur, graviter se læsam crederet.
Posthæc Calvinus rem edoctus cum
summa animi moderatione Reginæ re-
spondit; quippe non modo illam ob-
generis ac dignitatis suæ prærogativam
maximi habebat, sed etiam illius favo-
rem conservare plurimum ei intererat,
cum illa novam ipsius sectam patrocinio
suo fulciret: eandem tamen objurga-
bat, eoquod nimia facilitate amicitia
sua dignaretur ejusmodi Viros, qui er-
roneas ac pernicioſas opiniones suas ex-

pu-

putidis Anabaptistarum fontibus hau- Sæc. XVI.
ferunt, easque primo in Galliis evomue- A.C. 1544.
runt, ac demum per universam Hollan-
diam & Belgium latius diffuderunt.

§. XXXVII.

*Calvini dissidia cum Sebastiano
Castallione.*

Hoc item anno Calvinus acriorem ad *Beza l.c.*
huc contentionem habuit cum Se- *Scevol San-*
bastiano Castallione. Hic in Allobro-
gum ditione seu in Delphinatu vel in *Marth. in*
Sabaudia anno Christi millesimo quin- *elog. Dott.*
gentesimo decimo quarto natus lingua-
rum, præcipue vero Hebraicæ peritia
eminuit, ac propterea sacrum Codicem
latine reddere aggressus est; cum au-
tem Latini sermonis puritati nimium
intentus esset, pro suo arbitrio nonnulla
liberius transmutavit, sacramque divi-
narum rerum Majestatem in quibusdam
textibus ob immaturum Latinitatis ac
eloquentiæ studium labefactavit. Equi-
dem Latina ejusdem versio primo prelo
Basileæ prodit anno Domini millesimo
quingentesimo quinquagesimo primo,
editio tamen ceteris magis commenda-
ta ibidem facta est anno salutis millesi-
mo quingentesimo septuagesimo tertio.
Ceterum Auctor anno Incarnationis do-
minicæ millesimo quingentesimo qua-
dragesimo secundo Genevæ huic versio-

ni